a irrevocabili videlicet Censum &c. — Pro specialibus autem refectionibus dicti Fratres Studentes annis singulis, duas ollas Butiri et duas sexagenas Caseorum, ac pullum coretos duos ex Praedio Villæ Krzectawice habebunt. Et nihilominus praefati Fratres hic circa Universitatem operam studiis dantes in habitu honeste camisiis et caeteris provideant ex Vestiaria Conventus Miechovien[sis] &c: Ut autem ex tam pio affectu et laudabili proposito, Spectabilis D. Thomæ Praepositi Miechovien[sis] praedicti, eorumq[ue] Fundatore et Dotatore, fructus salubriores emergant et Fratres Monasterij Miechovien[sis] fidelissime eidem subjectarum in Doctrina et Religione

quotidie

quotidie magis et magis augeant. Statuimus, decernimus et ordinamus, quod Prae-
positus modernus et pro tempore existens, binos et binos Fratres de Monasterio et
Cellis sibi Subjectis, ad hoc habiles et idoneos Studiorum compensandorum gratia ad
Domum et Bursam Jerusalem almae universitatis praedictae mittat, Ita et taliter:
Quod postquam duo Fratres Studia sua Statuto tempore compleverint et promotiones
in quacunque facultatum Baccalaureatus Magisterii vel Doctoratus Susceperint, Praepositus
eisdem Fratribus sic in aliquo gradu promotis ad monasterium vel Cellas suas revoca-
tis, alios Fratres ad Compensanda Studia habiles et idoneos ad eandem Domum seu Bur-
sam Jerusalem mittere non negligat. Quod si Praepositus in immittendis Fratribus ad Stu-
dia negligens fuerit vel remissus, per nos et Successores nostros in poenas Synodali qua-
tuordecim Marcarum, quotiescunque id fecerit irremissibiliter puniatur etc. etc. Quae omnia
et Singula Decreta, Ordinationes et Statuta Suprascripta, authoritate nostra Ordinaria admit-
timus, approbamus etc. etc. Actum et Datum Cracoviae in Curia Nostra Episcopali Anno
Millesimo Quingentesimo Trigesimo Tertio — — — — — — — — —

Constitutio Ordinis Quarta ab Urbano VIII, approbata, Capitulo

N. 7. Secundo Capite III. ad Finem — — — — —

Insuper cum hactenus aliquot Annorum Spatio peste cum alibi, tum potissimum Cracoviae grassante nul-
lus ferme Fratrum contra antiquam et laudabilem consvetudinem, nec non contra ipsam piae Funda-
tionis exigentiam in Studiis Academiae Cracoviensis manserit. Ordinamus, ut (nisi aliquod
legitimum obstiterit impedimentum) pro commutatione hyemali proxime ventura, Bini Fra-
tres aptiores Cracoviam mittantur, nec facile postmodum, a coeptis Studiis donec justum
in eisdem fecerint progressum abstrahantur; Sumptum partim ex ordinatione Reverendissi-
mi olim Thomae de Ilkus Antecessoris Nostri, partim ex Proventibus mensae Communis habituri

Assignatio Illrmi Szembek Villae Oludza cum Wolica et duo-

N. 8. rum Millium Tynfonum — — — — — — — —

Cum modernus Illmus et Rmus habeat in Bullis expressam et injunctam sibi
Solvendam Conventui quartam partem, et cum penes repraesentatae fuerint per repe-
titos ablegatos necessitates et indigentiae Infirmariae et Vestiariae Ublis Conventus Illu-
strissimus ad humillimas Supplicationes Omnium AA. Rndorum Patrum plusquam Pa-
ternum exhibendo affectum et benevolentiam, intuitu praemissorum Villam Oludza cum
Wolica Conventui assignat et declarat. Et insuper cum hoc non sit ad Supportanda
Supradicta onera Conventus ex se Sufficiens, duo millia Tynfonum pro quolibet Anno ad
manus Adm. Rndi Patris Custodis pro tempore existentis ex Thesauro Suo enumeranda pun-
ctualiter decernit. In quorum fidem et firmius robur cum appositione Sigilli, prae-
sentes manu propria subscribit. Dabantur in Arce Miechoviensi vigesima Sexta Men-
sis Junii Anno Domini Millesimo Septingentesimo Decimo Tertio. Christophorus
Szembek Nominatus Episcopus Chelmensis Praepositus Generalis Miechoviensis manu propria (L. S.) —

Approbatio Suprascriptae assignationis per S. Sedem Apostolicam, Villarum
Oludza et Wolica, nec non loco duorum Millium Tynfonum Villae Siedliska,
et Decimarum Praedialium Castro Miechoviensi debitarum.

N. 9. Cracovien Provisionum — Pro Canonicis Miechoviensibus — Cum Congrega-
tio particularis a Ssmo Dno Nro deputata censuerit Praeposituram Miechoviensem
Ordinis S. Sepulchri Dioecesis Cracovien dandam esse in Commendam R. D. Antonio Ro-
zdrażewski, eadem Congregatio, ut Canonicorum etiam indemnitati, Regularique Discipli-
nae majori observantiae cumulate prospiciat, censuit Annum quem vocant gratiae eis-
dem Canonicis esse concedendum, pariterque eidem Commendatario tum nullam in Cano-
nicos Jurisdictionem dandam esse, tum etiam perpetuo apud istos remanere debere
villas de Oludza et Wolica, nec non aliam de Siedliska, cum Decimis debitis Castro Mie-
chovien earumque omnium assignationem, a praeteritis Commendatariis Mensae Conven-
tuali in varios pios usus factam authoritate Apostolica confirmandam, et irrevocabilem
esse declarandam, ita tamen, ut iidem Canonici a Commendatariis, non aliam quartam
debitam in vim Bullae S. M. Leonis Xmi, quae incipit — Supernae — praeten-
dere possint in posterum. Addito praeterea, quod a Mensa ejusdem Commendatarii
dismembrari

dismembrari debeat villa de Gorzlatowice cum suis pertinentiis, eademque pro congrua Sustentatione Praepositi Claustralis, per Canonicos eligendi, et per S. Sedem confirmandi perpetuo assignari, a quo quidem Praeposito Claustrali, una cum Capitulo, Provisio Ecclesiarum Parochialium, a Praepositura Miechoviensi dependentium, erit facienda. Quae omnia per me suprascriptum Secretarium, relata Sanctitati Suae, ab eadem fuerunt benigne confirmata Datt. Romae Die vigesima quinta Septembris Millesimo Septingentesimo vigesimo Quinto. F. Cardinalis Paulutius, Dominicus Rivera dictae Congregationis Secretarius (Locus Sigilli) — — — — — — — —

n. 10 Protestatio Contra Illmum D. Episcopum Camenecensem protunc Supremum Regni Notarium et Commendatarium Miechoviensem ratione non extradictionis Decimarum Praedialium emissa — — — —

In Nomine Dni Amen. Praesenti Publico Protestationis et Manifestationis Instrumento cunctis pateat evidenter et sit notum. Quomodo Anno a Nativitate Dni Nostri Jesu Christi Millesimo, Septingentesimo Quadragesimo Primo, Indictione Romana IV. Pontificatu autem Sanctissimi in Christo Patris Domini Nostri Dni Benedicti Divina Providentia Papae ejus nominis XIV. feliciter moderni anno Ipsius secundo, Die vero Veneris 21. Mensis Aprilis In mei Notarii Publici infrascripti, Testiumque inferius nominatorum praesentia Constitutus Personaliter Illris Adm Rndus Cajetanus Skowronski Ordinis Canonicorum Regul. Stmi Sepulchri Conventus Miechovien Custos etc. Suo et Rendi Stanislai Stempkowski praedicti Conventus Miechovien Gnalis Praepositi etc. Totiusque Ejusdem Conventus nomine etc. recognovit, et in forma plenissima providendo suis indemnitati Jurium etc. Memorati Conventus Sui Miechovien, in et contra Revmum Dnum Nicolaum Dembowski Supremum Regni Notarium, Praepositum Commendatarium Miechovien protestatus et manifestatus est de et super eo etc. = Quod licet Decima quam Praedialis quam Manthonalis, videlicet post Praedia Oppidi Miechow Nec non villarum Zagorzyce, Targowisko, Krestawice, Michalowice, Podlesna Wola, Strzezow, Bukowska Wola, Szczepanowice, Ostroszyce, nec non agros Praediales et Manthonales et Hortulanorum, villarum Stawno et Lelina, vigore Juris, tam Communis, quam Specialis, ad memoratum Conventum Miechovien etc. spectent et pertineant Nihilominus dictus Rmus Praepositus Commendatarius, nullo Jure ad easdem habito, ipsas sibi usurpare, et hujusmodi Decimas percipere, ac pro usu suo et commodo proprio tollere audet et praesumit. Quapropter Idem qui Supra et totiusque praedicti Conventus Miechovien nomine agens, ad asylum Juris et Justitiae Confugiendo, ac Suis Indemnitati Jurium etc. providendo ne per praemissa praejudicatur per praelibatum Revmum Dnum Praepositum Commendatarium Miechovien etc. Memoratus Conventus in posterum aliquod damnum etc. patiatur Iterum atque iterum solemniter etc. Protestatus et manifestatus est etc. Offerens se dictum Rmum Praepositum Gnalem etc. ratione praemissorum praejudiciorum etc. etc. cum eodem Revmo Praeposito Commendatario ubi, et coram quo de Jure venerit etc. Jure acturos et praemissa omnia vindicaturos. In quorum fidem se manu propria Subscripsit = Cajetanus Skowronski etc. Conventus Miechovien Custos suo et etc. nomine. Super quibus omnibus et singulis etc. Acta sunt haec Cracoviae Anno etc. Praesentibus etc. Et quia Ego Adalbertus Joannes olim Alberti Mystowski Publicus Sa Authoritate Apostolica Notarius etc. Suprascriptae Protestationi et manifestationi factae una cum memoratis testibus praesens et personaliter interfui etc. Ideo etc. —

n. 11 Taxa et Recognitio Muratorum Magistrorum Super impensis reaedificandae Ecclesiae Miechovien Quoad tantum ad ea materialia quae sunt artis Murariae. Prout in Summario Romano ex

ex Parte Conventus Miechoviensis in Causa Incendij — — —

N. 12. Taxa et Recognitio Magistrorum Lignariorum Super impensis penes Reaedificationem Ecclesiae Miechovien[sis] edij tantum ad ea, quae sunt Artis lignariae. Prout in Summario Romano ex Parte Conventus Miechoviensis in Causa incendij — — —

Constitutio Ordinis de Officio Praepositi Generalis ab Urbano VIII Approbata — — — — — — — — —

Fabricam Majorem Templi et Conventus ex Proventibus ad mensam Suam Spectantibus, pro Sua liberalitate providebit. Et Curae Praepositurae una cum Aedificiis Praedialibus, ne Successu temporis detrimentum patiantur, mutura eorum restauratione obviam ibit etc. Maxime autem attendere debet ut omnes Fratres Curae Suae Commissi Vocationi Suae Religiosae respondeant, ut ea quae in Regula et Constitutionibus Ordinis praescribuntur adamussim observent. atque ejus rei Causa, ipsum Monasterium Saepius, reliquas autem Ecclesias eidem Annexas per Provinciales quidem Semel quolibet Anno. Per se autem, vel Si legitime fuerit impeditus per Suos Commissarios, Singulis triennijs visitet et quae depravata reperenit reformare, et in Spiritu lenitatis Corrigere Studeat.

N. 13 Cracovien[sis] Provisionum Super Monasterio Miechoviensi — — —

Instante Procuratore Generali Ordinis S. Sepulchri in Polonia, ut juxta Sacrorum Canonum dispositionem, Miechovien[sis] Monasterij Cracovien[sis] Dioecesis, quod est Caput Sui Ordinis Juribus atque Regularis Disciplinae Consulatur, quatenus R. Christophoro Szembek ex Chelmensi ad Premysliensem transferendo illius Commendae retentio Concedatur, Congregatio Particularis a S[anctissi]mo D[omi]no N[ost]ro deputata Super rebus Poloniae, censuit quo ad Controversiam Jurisdictionis Commendatarij in Canonicos jam a Judicibus Suis esse definiendam. Quo vero ad Bona Monasterij Seu Mensae Conventualis Separata, in illius possessione Canonicos Conservandos Sive reintegrandos esse, atque insuper Commendatarium juxta Sacrorum Canonum Decreta ad Quartam Partem Fructuum, pro Conservatione et reparatione Ecclesiae et Monasterij impendendam ac Canonicis tradendam teneri. Nisi vero atque Satisfaciat quod caeteros fructus non faciat Suos. Et per me infrascriptum Secretarium facta relatione Sanctitas Sua Congregationis Sententiam benigne probavit. Datum Romae Die 22 Junij 1718. Joseph Cardinalis Sacripantes Dominicus Rivera et Congregationis Secretarij. (Locus Sigilli) — — — — — — —

N. 14. Cracovien[sis] Commendae Monasterij Miechoviensis — — —

Cum in Congregatione Particulari a S[anctissi]mo D[omi]no N[ost]ro deputata Super Monasterijs Poloniae habita die 22. Junij Superioris Anni 1718. Decretum fuerit R. Christophoro Szembek a Chelmensi ad Premyslien[sem] Ecclesiam transferendo, Concedendam esse retentionem, Commendae Monasterij Miechovien[sis], Cracovien[sis] Dioecesis Ordinis S. Sepulchri in Annos quinque, cum Decreto tamen revertendi in titulum, atque insuper, addito quo ad Controversiam Jurisdictionis Commendatarij in Canonicos Regulares, quod ista a Suis Judicibus definiri deberet, quodque in possessione mensae Conventualis Separatae, Jidem Canonici Conservari Sive reintegrari deberent. Eadem Congregatio habita hac die, censuit Concessionem praedictae Commendae ad ejusdem R. Christophori Szembek vitam prorogari posse, Sine praejudicio tamen Litis interim introductae et pendentis quo ad praefatam Jurisdictionem Commendatarij Super Canonicos

nonius in Sacra Congregatione Episcoporum et Regularium et cum obliga-
tione Solvendi Quartam Partem Fructuum a die adeptæ Commendæ, tam pro
præterito, ubi non solverit, quam pro futuro, cui nisi satisfaciat, cæteros fru-
ctus non faciat Suos, renovando præterea clausulas prædictas, revertendi in Ti-
tulum atq; Possessionis, sive reintegrationis Mensæ Conventualis. Et facta
per me infrascriptum Secretarium relatione, Ssmus Dnus Noster Congrega-
tionis Sententiam benigne approbavit. Datum Romæ Die 7ma Februarij 1719.
= Joseph Cardinalis Sacripantes. Dominicus Riviera dictæ Congrega-
tionis Secretarius (= Locus Sigilli) — — — — —

Et  Quia Ego Albertus Joannes olim Casimiri Sieklerzed-
ski Publicus Sa. Authoritate Aplca Notarius, per Archi-
Diœcesim Gnesnen admissus: Præsentes Summarij Copias
ex Suo Originali transumptas, usq ad Numerum decimum
quartum inclusive numeratas; Legi, vidi, et collationavi Easdem
cum Suo Originali Instrumento in omni concordare adinveni.
Ideo Easdem, propter majorem rei fidem circa appositione Sigilli
Notariatus mei; manu propria Subscribo. Gnesnæ Die 15ta
Mensis Octobris Anno Domini 1751mo

Idem qui Supra mppria

12.



A.o 1751 15 8bris

Summarium primum ad
Memoriale in quo continetur
1mo Numerus Villanorum per Bathoreum ex
pressus. 2do Privilegium Petrikoviense su
per Xenijs de Niebelow et Brzeznica ad
mensam. 3tio Constitutio Ordinis de alendo Ca
pitulo Eccli per Praepositum Generalem. 4to Consti
tutio qua Domus Generalis tenetur pro Studijs
Romanis expendere. 5to Constitutio Urbani
VIII pro ijsdem Studijs. 6to Ordinatio Tho
mae de Stiness pro Studio Cracoviensi. 7mo
Constitutio Urbani VIII super Sumptu pro
eodem Studio Cracoviensi. 8vo Assigna
tio Villae Otudza, Wolica, et Zobo
Tyrasonum. 9no approbatio ejusdem
assignationis per S. Sedem Aplicam.
10mo Protestatio contra Illmum D. Epum
Camenecensem ratione non extraditionis Xeno
rum praedialium Conventualium. 11mo
Recognitio Muratorum super expensis
reaedificandae Ecclesiae. 12. Similis Recognitio
Lignariorum. 13. Simul Constitutio Ordinis
de officio Capituli Generalis. 13. Domum Roma
nam quo tenetur Commendatarius repara
re Ecclesiam. 14. Domum Romanam reintegra
tionis mensae Conventualis et obligationes ad
dotationem Conventui solvendas per Commendata
rios.

po 1751

67

Significamus tenore presen. quorum interest Universis et singulis presentibus et futuris, harum Literarum Nostrarum Notitiam habituris = Quia Nos infrascripti propter indebitam ac illicitam libertatibus, ac immunitatibus Ecclesiasticis injuriosam evocationem Spiritualium Personarum videlicet Perillustris Reverendissimi Floriani Boydecki S. T. D. Ordinis Canonicorum Smi Sepulchri Miechoviensis Conventus Generalis Custodis et Theophili Zacsynski ejusdem Ordinis et Conventus Consiliarij Praepositi Vrocimoviensis Bonorum Iadownik Haeredum ac immediatorum Possessorum, totiusque Communitatis, ac Conventus Generalis Miechoviensis. = Nos videlicet ac Generosum Iacobum Sopycinski Illustris Praepositi Vrocimoviensis Sororinum, Eorumque quoscunque Personas adscriptitias, et Subditos, quocunque titulo nominatos, et cognominatos, sive ad Instantiam Nostram infrascriptorum, sive ad Instantiam Instigatoris Officij Castrensis Capitanealis Sandomiriensis, sive vero ad Instantiam Delatorum Nostrorum, Idque et contra Eosdem invalidas Officiosas Protestationes formando, et Actis inserendo, ac totam Communitatem Bonorum Iadownik Omnesque et singulos non tantum Onere teresti Officiosi innodare verum etiam ad Iudicium praesens Castrense Capitaneale Sandomiriense pertrahere, ac evocare, Processusque inibidem tanquam ad Forum Competens formatos, Decretorum Obtentorum atque Bannitionis aliarumque Condemnationum, Occasione, ac ratione quasi violentae fundi Bonorum Iawor Invasionis, a Subditis Bonorum Iadownik perpetratae fiducialiter, ac temerarie ausi sumus, et praesumpsimus. Imo potius quasi postpositis tam Sacrorum Canonum Sanctionibus, quam Patriis, et Regni Poloniae Legibus et Constitutionibus, quae Personis quibusvis Ecclesiasticis libertatem omnem, et immunitatem, a quovis Foro Saeculari indulserunt, ac Concesserunt Nec in Tribunali Regni de Bonis Spiritualibus, sive Ecclesiarum Dotationibus alias Poswiątne, nisi de Bonis Terrestribus ~~in Cau~~ Iuri Communi Regni Subjectis, in Statuto Regni ex ~~lit~~ ... vel

Ad possessionem Spiritualium Personarum Spectan=
tibus, in Causis Granetierum idq[ue] ex Appellatione
a Judicijs Terrestribus vel Succamerarialibus respon
dere Mandarunt. — Nos illius in vilipendium horum o=
mnium, cum simus veri Filij Sanctae Matris Nostrae
Ecclesiae, ac Cives Regni Nostri, et Legumq[ue] Utrarumq[ue]
Conditarum intime Cultores et observatores:/
non Calcitrando, nec Unqm Bona, Villas, Fundos, Mu
nitiones, Possessiones, ac alias res mobiles et immo
biles ad Ecclesias, et pia ac Religiosa loca Perso
nasq[ue] Ecclesiasticas Spectantia, et pertinentia
non rapiendo, non invadendo, non occupando,
nec illicite retinendo, nec voluntarie, Scienter
et reflexe contra talem immunitatem Spiritualem Ebrexij quisquam consentiendo
Etiamsi tali sub supra Actione sive Actionibus impli
cati Perillustres Supraefatos Actores Bonorum Ja
downiki Heredes ac immediatos Possessores nulli
ter et indebite Juribus praeallegatis Canonicis
et Civilibus obstantibus et id serio sub
Excommunicatione Bullae Caenae Domini, alijsq[ue]
poenis Canonicis prohibentibus, ac vetantibus
Ad forum Saeculare videlicet ad Officium Castrense Capitaneale Sandomiri=
ense evocavimus, Ex eodemq[ue] Officio protestationes, cum onere Arresti Citationes
aliosq[ue] Processus, et Signanter Decretum in Eodem Castro Sandomiriensi Anno Do=
mini Millesimo Septingentesimo Quinquagesimo Primo. Feria Tertia proxima post
Dominicam Reminiscere Quadragesimalem cum poena, ac Condemnatione Ba=
nitionis latum ac promulgatum formari sententiari decidi, ac desiniri curavi=
mus, ac exportavimus. Et licet pro tali indebita evocatione poenas Canonicas pro=
meruerimus et merito incidisse in Excommunicationem Bullae Caenae Domini de=
clarandi fuissemus, Quia tamen Alij ignorantia facti, Alij ignorantia Juris
Canonici Sese tutamur, et praeterea quia Nos Caeteri Concitati Citationem Evo
catoriam non Procuravimus, Nec Scivimus, nec Nomen Nostrum in ijsdem Citationi-
bus Processu, ac Decreto poni Mandavimus Sed de his Omnibus penitus ignoravi=
mus et in premissa neq[ue] directe, neq[ue] indirecte Consentiebamus. — Ideo de toto tali
Processu et Signanter de Decreto Castrensi Capitaneali Sandomiriensi in Eodem
Castro Sandomiriensi Anno Domini 1751. Feria Tertia proxima post D[omi]nicam

Reminiscere Quadragesimalem lato ac promulgato alijsq manifestationibus, Protestationibus Offitiosis, ubicunq locorum observatis, tam in toto qm in Parte Perill. et Admodum Rndos Dnos. videlicet M. Ilvanum Bujdecki S.T.D. Custodem Gnalem, e Teophilum Zaczynski Prepositum Vrocimovien. Ordinis Sanctissimi Sepulchri Canonicos Bonorum Jadowniki Haeredes et Possessores immediatos totamq Commonitatem, ac Contum Gnalem Miechovien. ac G. Jacobum Gozdzicierski et cum Omnibus Suis Personis ac Scriptitijs, ac Subditis ad Citatis. et onere aresti innodatis, de Causa et Actione Juditiaria, tam quam evocatorie, nulliter, et indebite, occasione quasi perpetratarum in Fondo Bonorum Jawor Violentiarum intentata et instituta, in quocunq Gradu et Termino pendente, ac existente, una cum fundo a Nobis praetenso, et male usurpato, Lyssi Jaworsky cum Flumine, et Gura Jaworska vocitato, si tamen ad Villam Jawor, sed potius ad Villam Jadowniki dicti Contus Miechovien. Haereditariam una cum Pratis, pascuis, et flumine per dicta prata decurrente, Spectante et pertinente; Cujus montus Jaworsky dicti C de quo res est in latum prospectus, ductus, et tractus erit, et competens a dicto flumine, et pratis usq ad agrum ~~Witz~~ Witkowszczyzna dictum et vocitatum, ad Bona Jawor Spectantem et pertinentem. In Longum vero mons ejusmodi competentem proprietatem habere debebit, et ducere usq ad Rubeta Gluchow Jaworsky nuncupata, et ab antiquo vocitata, ad Bona Jawor Spectantia, et pertinentia cum Ijsdem Rubetis Gluchow dictis, cum Limitibus Suis conterminabitur. Videlicet in Omnibus punctis, articulis, et Suo Latifundio ac proprietate, semper mons dictus haberi, et possideri, ac spectare ad Conventum Gnalem Miechovien. debebit, sicut spectasse et pertinuisse in Commissione Corporali Juramento, ad id mediante deductum et Comprobatum, ac Decreto Judicij Consistorialis Gnalis Crac. Die Veneris 22. Mensis 8bris Anno Dni 1751. ex inquisitionibus ad Judicatum comperitur; Omnes et Singuli Bonorum Jawor Possessores et Haeredes Praetensi amicabili compositione combinatione, et scripto recognoscimus ac profitemur. Taliterq Perillustres suprafatos Actores Originaliter, ad Forum vero incompetens Citatos cum omnibus Personis, ad scriptitijs, et Subditis ab omni et toto Processu, Termini Juri, Lucri, Litis, poenis quo alijs quietamus, absolvimus, et liberos facimus, temporibus perpetuis, Causamq totam et Processum Castren. Sandomirien. Judiciarium praefatum, tum poenas, ac

Condemnationes,

Condemnationes, Banitiones, Cassamus, Tollimus, mortificamus, et Annihilamus, ac insuper silentium perpetuum ratione praemissorum omnium in dicto litis Processu expressorum, tam Nobis metipsis quam omnibus et singulis Successoribus Nostris imponimus et assignamus

Ja niżej na podpisie wyrażony Imieniem całego Prześwietnego y Generalnego Konwentu Miechowskiego Ordinis Canonicorum Custodum Sstmi Sepulchri zeznaię tym Skryptem niniejszym iako w Sprawie y Kontrowersyi między wspomnionym Konwentem z iedney, a między JJch Mściami Dobr Jawora Dziedzicami, y zastawnemi Possesorami z drugiey strony. W ktorey y między ktoremi Strona mi, o Grunt pod Jaworem położony, to iest o Łąki Jaworski, y o Gorę Jaworską nazwaną, zaszedł Dekret w Prześwietnym Konsystorzu, Generalnym Krakowskim Dnia 22 Pazdziernika w Roku 1751. Po ktorym Dekrecie wspomnieni JJMć Panowie Dobr Jawora Possesorowie per Recursum udali się do Trybunału S. Apostolskiey Nuncyjatury y Remedia z przyłączeniem Cytacyi, y otrzymaney Sublewacyi w wspomnionym Konwencie Miechowskim intymowali, po ktorym Intymowaniu poniewasz wspomnieni JJMć Panowie Dobr Jawora Possesorowie wszyscy razem y każdy z osobna repetitis vicibus, tu do Sądowniey podczas bytności mojey, ziechawszy się poiednania tych kłotni, Sprawy y expensy od stępuiąc, od wspomnionego Konwentu Generalnego Miechowskiego uwolnienia się od wspomnioney Sprawy przez Przyiacielską Kombinacyą żądali, ten Grunt, o ktory Kontrowersyja wszczęta Miechowskiemu przyznawszy Konwentowi a consequenter aby ta Sprawa w dalszy Nuncyjaturski Proces nie wchodziła, Generalnego Interessu Prawa y kłotni ugodzenia się rezerwowali; Dlatego Ja Authoritate Illmi et Rendissmi Domini M. Jacobi Radlinski S.T.D. dicti Universi Ordinis Canonicorum Reg. Sstmi Sepulchri Praepositi Generalis, et Floriani Bujdecki ejusdem Conventus Generalis Custodis, swoim y całego Konwentu Generalnego Miechowskiego Imieniem na zawsze niniejszym Skryptem y dokumentem od wspomnioney Sprawy uwalniam y kwituię; Et in supplementum podpisy na tymże albo innym Generalnym Kwicie od wspomnioney Kapituły Konwentu Miechowskiego wyiednać przyrzekam y deklaruię się, ab omnibus litis expensis suprafato Decreto adjudicatis wspomnionych JJch Mciow Dobr Jawora Possesorow, raz na zawsze uwalniaiąc, y nigdy, y wiecznemi czasy żadnych pretensyi w takowym Prawie maiących nie wznawiaiąc.

Anno Domini 1758 die 19 Januarij Ego Silvester Jandecki Sacræ Theologiæ Doctor Ordinis Canonicorum Regularium Custodum Sancti Sepulchri Hierosolymitani pro Masovia Provincialis Præpositus Scaresoviensis et ab Illustrissimo et Reverendissimo Domino D. Jacobo Radlinski Sacræ Theologiæ Doctore Ordinis Ejusdem Præposito Generali Infulato Miechoviensi ad dictam Provinciam specialiter Anno 1757 die 4ta Octobris destinatus Visitator, visitationem internam et externam omnium Beneficiorum et Ecclesiarum Ordini Nostro incorporatarum in Provincia Masoviæ consistentium, omnibus prius innotescentialibus de eadem visitatione, in Nomine Jesu requisito Modum expedivi. et Anno eodem ab Ecclesia Suminensi.

Ecclesia Suminensis.

Ecclesia Suminensis in Villa Sumino adstans Magnifici Domini Andreæ Zielenski hæreditaria quam modo obligatorio possidet Illustrissimus Dominus Mathias Szermier ski Capitaneus Zbisroviensis, in Terra Dobrinensi in Diœcesi Plocensi sita, Anno a partu Virginis 1325 ex latere cocto a Domino Franesko dicto Schenko erecta et exdotata cum consensu Matris suæ Clarae Fratrum ac aliorum suorum Consanguineorum Ordini Nostro una cum Jure Patronatus incorporata. Dicta Ecclesia pro dote habet quatuor mansos sub mensura Territorij Dobrinensis pro tertia habere consueverant ibidem Rustici et hi mansi consistunt in Villa Sumino. Item habet in Konotop Villa prope Sumino octo mansos mensuræ Dobrinensis. Item habet Missalia ex Villa Sumino et Konotop a quolibet Cmetone seu Rustico dimidiam mensuram siliginis et dimidiam avenæ ex quolibet manso quolibet anno. Item habet in Bonis Sumino et Konotop liberam incisionem lignorum liberum pro sua utilitate et necessitate Fratrum usum, habet insuper liberam pascua communia pro ovibus pecoribus ac pecudibus. Item habet liberam piscationem pro victus sui necessitate cum quibuscunque instrumentis excepta Dummodo sagenis in lacubus Suminensibus et Konotop. Quæ omnia clarius et fusius descripta habentur in Erectione dictæ Ecclesiæ Suminensis, quam etiam typo impressit Dominus Samuel Nakielski in Libro cui Titulus Miechovia.

Dicta Ecclesia Suminensis a prima sui erectione regebatur per Fratres Ordinis Nostri Professos Conventus Miechoviensis, prout id colligitur ex Præsentationibus et Institutionibus quæ ad hæc usque tempora reperiuntur in Archivo Conventus Miechoviensis. Quo autem tempore et ob quam causam desierat regi ipsa Ecclesia a Nostris Fratribus nullibi reperi, homines tamen provectæ ætatis ab alijs in Sumino traditione acceperunt quod Ante ducentos ab hinc Annos ultimus loci illius Possessor et Ecclesiæ Rector fraude Lutheranorum (qui illo tempore Terram Dobrinensem occupaverant) captus et in lacu adjacente submersus, unde ab illo tempore dictam Ecclesiam Conventus Nostri Professi non administrarunt, sed Sæculares Presbyteri sæpissime in Commendam tenuerunt. usque ad Annum Domini 1754.

Dictum Beneficium in Nostri visitatione in tali statu adinventum est. Ecclesia murata ex latere cocto, et hæc ipsa quam piensissimus Fundator ædificaverat, verum minus plumitate diminutus esse circa ejus fere stram post majus altare indicium est. Hæc Ecclesia habet tectum testaleum pro parte tentum curatum reparatum quam non de integro. In hac Ecclesia sunt fenestræ quinque quas in parte modernus reparavit. In dicta Ecclesia sunt altaria tria Primum majus ligneum consistens super mensam muratam partim coloribus depictum partim etiam quibusdam in locis deargentatum, in hoc altari extat imago Crucifixi D. Nostri Jesu Christi depicta eleganter in tabula tiliacea per longum in duobus locis fissurata, in eadem imagine sunt depictæ Effigies a partibus crucifixi, nempe Beatissimæ Virginis et S. Mariæ Magdalenæ, superius seu in secunda regione Altaris est statua S. Nicolai Pontificis deaurata

Secundum altare a dextris majoris pariter ligneum stabile consistens super mensa murata partim coloribus depictum partim deargentatum. In medio Imago B. Mariæ majoris superius vero Imago S. Josephi sponsi Virginis Mariæ.

Tertium altare a sinistris itidem de ligno fabrefactum super mensam ~~muratam~~ ligneam consistens talis sicut binam modo depictum, in quo est posita Imago S. Antonij Padvani, superius vero S. Mathiæ Apostoli.

Præfata Ecclesia habet pavimentum in choro minori de latere cocto in majori
vero ex asseribus confectum. Item habet duas criptas pro sepeliendis corpo
ribus mortuorum muratas. Item habet adjunctam sibi Sacristiam de latere
cocto in qua sicut et in Ecclesia non est fornix, sed tantum lacunar vulgo
powała super trabes consistens, in minori choro ante majus altare
licet a moderno Curato lacunar sit reparatum, interim minus solide.
In hac Ecclesia sunt etiam scamna opere vulgari confecta.
Non est ibi organum, nec quod fuerit constat. Item confessionale nullum
habet præfata Ecclesia. In hac Ecclesia est baptisterium ligneum bene
clausum linteo mundo tectum intra habet lebetem de cupro pro conservan
da aqua lustrali.
Circa istam Ecclesiam est cæmeterium sat amplum sepimento per mo
dernum Curatum obducto, in hoc Cæmeterio est campanile ligneum
asseribus obductum desuper scandulis tectum, in quo campanili sunt
campanæ tres omnes consecratæ. In eodem cemeterio est etiam ossorium
de lignis constructum.
Dicta Ecclesia sit consecrata et a quo in cujus Sancti honorem
supponitur tamen quod sit extructa in honorem Sanctæ
Crucis, et quod Compatronum habet S. Nicolaum Pontificem quo in diebus
Festivitatibus maximus solet esse concursus hominum. Præfata
Ecclesia quo Anno et a quo sit consecrata nullum in scriptis
reperitur documentum, cruces tamen duodecim in muris ejus de
pictæ signum sunt consecrationis. Anniversaria hujus Eccle
siæ Dedicationis dies ab immemorabili tempore est observa
batur. Nunc autem celebratur Dominica 18 post Pentecosten ibi
Tunc quando eandem diem celebrat Ecclesia Cathedralis Plocensis
juxta decretum noviter emanatum.
Hujus Ecclesiæ Parochus ad præsens est Admodum Reverendus Alexius Cie-
chanowiecki Ecclesiæ Hospitalis S. Spiritus in Rypin Præpositus Ordinis Nostri
Professus ab Illmo Loci Ordinario vigore Juris devoluti præsentatus die
18 Mai Anno Dni 1757. a Rmo Casimiro de Kokitnica Kokitnicki Offici
ali Generali Plocensi, Institutus, dein vero die 27 Junij sub tempus Con
gregationis Decanalis a Rndo Decano introductus ad realem possessionem.
Dictus Parochus habet Residentiam pro familia, et penes eam pro
se camerulam et verius stabulum sub uno tecto stramineo cum
atrio, sed omnia sunt ruinata, quia ob antiquitatem putrefacta
et a vermibus corrosa, nec reparabilia.
Habet etiam medium horreum quod ad præsens reparavit stabula pro peco
ribus nulla prorsus habet, familiam nullam, inventarium nullum
ad obsequia unica nonnisi vetula venit de hospitali.
Item habet ad præsens in villa Tlukomia mansos quatuor mensuræ
Dobrinensis in 3bus locis sc: pro inseminatione hyemali quatuor, pro æsti
vali quatuor, pro cultura vulgo na ugor quatuor, sed hi omnes mansi
tam a Possessoribus villæ Tlukomia, quam a Rusticis sunt magna in
parte ademti vijs pro commodo Aulæ et Rusticorum gravati, virgul
tis vepribus, alijs arboribus occupati. Anno 1757 pro hieme modernus
Curatus in uno campo, qui omnium est maximus exseminavit sili
ginis coretos 14 mensuræ Torunensis, quæ mensura nonnisi 20
garnetos in se continet. Et quia dictus Curatus non habuit ad aran
dum proprios boves, ideo pro agricultura Rndum Curatum Nikołowiensem
ad mediam conseminationem admisit. In alio agro solent exsemina
ri sex coreti, in 3tio vix quatuor dictæ mensuræ Torunensis.
Item habet hortum circa suam residentiam et circa horreum loca
tum, sed et hujus Incola Tlukomiensis partem sibi appropriavit, quia
in extremitate hujus horti sibi casam ædificavit, unde hujus horti
occupat in lato sulcos octo duo stadia.
Ad præsens hæc nonnisi possidet quæ immediate superius sunt spe
cificata. Nulla autem habet prata, Missalia sibi vigore erectionis
debita sat exigua non a Generosis Dominis Tlukomiensibus et ex
villa Konotop quæ Rustici aliquoties moniti et requisiti pendere
dare renuunt. Non possidet etiam Mansos in Konotop specificatos
in erectione.

nec prata, nec Pradium quod ibidem Parochi ex Ordine Nostro ante ducentos ab hinc annos possidebant. Decimam habet nullam.

Supra specificata Ecclesia Suminensis licet in ante habuerit argenteam supellectilem illi loco proportionatam, ad praesens autem sat exiguam habet, quia nonnisi unum calicem argenteum mediocrem intus deauratum, et patenam ab una parte deauratam. Item habet etiam crucem argenteam unam in cujus extremitatibus sunt insignia S. Evangelistarum deaurata; ~~et~~ in medio est effigies argentea crucifixi deaurata. In Ciborio est pixis argentea de calice formata intus deaurata et a foris in quibusdam locis sine argenteo operculo, cujus pedestale est fractum.

Caetera exigua et miserrima supellex ecclesiae est seorsive regestro descripta et sub tempus praesentis visitationis verificata ~~et~~ subscripta et penes Ecclesiam relicta.

Decretum Reformatorium pro Ecclesia Suminensi Parochiali nomine Illustrissimi et Reverendissimi Domini M. Jacobi Radlinski Sacrae Theologiae Doctoris Ordinis Canonicorum Regularium Custodum Sanctissimi Sepulchri Hierosolymitani Praepositi Generalis, Infulati Miechoviensis per me M. Silvestrum Pandecki Sac: Theologiae Doctorem dicti Ordinis per Masoviam Provincialem Praepositum Scarespoviensem Commissarium et Visitatorem destinatum Anno 1758 die 23 Januarii in Actu Visitationis latum et publicatum.

V

Ecclesia S. Spiritus in Nova Ripin et SS. Apostolorum Petri et Pauli in Staro Ripin.

Ecclesiæ S. Spiritus in Nova Ripin ad radicem montis prope ferecitiva Oti Novæ Ripin locata tota lignea scandulis cooperta, et alia Ecclesia murata in Staro Ripin quæ tectum nimis laceratum habet. Ripin quod Ecclesiæ a quo quando fundatæ ex dotatæ et quæ ab eis partim negligentia et non attendentia Præpositorum illius loci partim oppressione vi et violentia sunt avulsa, sufficienter sunt descripta in anterioribus visitationibus nempe Anno 1752 et 1755. In spatio hujus ~~triennij~~ Admodum Rndus Præpositus nihil de fundis agris Ecclesiæ ademptum ~~ees~~ asseruit. Alijs enim temporibus ante sui possessionem Illustris Mgcus Nicolaus Podoski Palatinus Plocensis bonorum Rusteniensium multa de fundis Ecclesiæ ademit vi et violentia, de qua injusta occupatione fundorum Antecessori Præpositi fecerunt coram Actis Authenticis solennes manifestationes.

His Ecclesijs præest Admodum Rndus Alexius Glowacki Conventus Miechoviensis Professus ab eodem Conventu ad regimen electus et destinatus, qui simul et Ecclesiam Parochialem Szumnensem administrat penes quam sæpius residere solet, ~~propter~~ administrationem curæ animarum huc tamen certis temporibus advenire solet pro dispositionem domus et celebrandas Missas. Dictus Rndus Præpositus sub Actu visitationis requisitus utrum absolvat missas pro Fundatoribus et Benefactoribus, is respondit quod non est obligatio ex erectione ut pro Fundatoribus absolvantur Missæ cum applicatione fructus, sed ut illorum mentio habeatur, ut memento fiat pro illis, sic enim habet in erectione ut Fundatorum Præpositi habeant in Missis mentionem. Quæ responsio licet videatur apparens non est tamen fundamentalis, nec liberat Præpositos ad absolvendas Missas pro Fundatoribus et Benefactoribus, quia per hos terminos ut Præpositi mentionem in Missis Fundatorum habeant debent intelligi, quod debeant absolvere Missas et applicare fructum pro anima illorum ~~quo~~ in puncto ut quietam habeant conscientiam Rndus Præpositus Deo dante in futuro Capitulo petet resolutionem et numerum absolvendarum missarum.

Sub eodem Actu Rndus Præpositus questus est contra Hollandos a Palatino Plocensi in vicinitate Ecclesiæ SS. Apostolorum Petri et Pauli locatos, quia hi fundum spectantem ad dictam Ecclesiam SS. Petri et Pauli occuparunt et hanc Ecclesiam sæpimentis pro suo commodo circumduxerunt ut hæc Ecclesia vix strictissima semita attingi possit.

Sub eodem Actu A. R. Præpositus produxit Citationem Consistorij Plocensis de vita et moribus sibi intimatam ad Instantiam Instigatoris, et asseruit quod ex hac citatione emanavit Comissio ad inquirendam vitam illius, quam destinati Comissarij non in Ecclesia S. Spiritus sed in Parochiali Ripinensi in contumaciam expediverunt, sed dictus Rndus Alexius Glowacki reclamavit Comissarios quod contra totum actum manifestatus est in verbo; ex eo: quod sibi ut exempto a Jurisdictione Loci Ordinarij et sui Ordinis Juribus sit summe præjudiciosa Visitatione, sentiens innocentem maxime quo ad punctum acsi de mala conversatione cum sua Matre familias et volens suos Superiores certiores reddere de sua vita et moribus, petijt ut in præsenti visitatione seria de illius vita fiat investigatio, et in hunc finem porrexit sequentia puncta. Cujus requisitioni uti justæ et Statutis Ordinis Nostri consonæ satisfaciendo, puncta ab eo porrecta recepi, testibus videlicet

Joanni Swaro Arendatario.
Petro Chachulski Civi Ripinensi
Matthiæ Kuzakowski Consuli Ripinensi
Gabrieli Rożek Arendatario.
Joanni Sutori dicto Goiro.
Jacobo Dobrowolski
Paulo Wilantowski
Adalberto Wasielowski juramentum corporale indixi in hunc qui seq.

76

q[ue] sequi modo. Ia NN. Przysięgam Panu Bogu wszechmogącemu w Troycy Iedynemu iako naiswiętszy wszystko to wszystko o co będę pytany tak iako wiem iakom widział lub słyszał nic nie tayąc wyznąm y powiem szczerze nie z namowy nie dla fawory y daley nie z boiażni nie zprzekupienia, tak mi P. Boże pomoż y nasprzysięga Jezusa Męka.

A quibus recepto corporali juramento ad interrogatoria descendi.

Puncta porrecta y sui relevatione a Rdo Patre Alexio Głowacki Praeposito Bijsinensi.

1mo Iako swiadek wie iż ta Gospodyni ani dodnia ani w nocy do tey izby nie chodziła w ktorey X. Proboszcz sypia, y ieżeli kiedy weszła to nic złego nie robiła.

2do. Iako ce iż X Proboszcz nigdy się z tą Gospodynią nie zamykał klucza ze drzwi nie wyimował.

3tio Iako ce iż z tą Gospodynią żadney złey konwersacyi nie miał.

4to. Iako ce iż X Proboszcz z tą Gospodynią ani w swoiey Rezydencyi ani w karczmie ani na żadnym Mieyscu niewstydliwych słow y żartow nie praktykował.

5to. Iako ce iż ta Gospodyni zawsze z Mężem swoim legała.

6to Iako ce iż X Proboszcz pijaney Gospodyni nie widział, y owszem mu pijaństwa zabraniał.

7mo. Iako swiadek wie iż ta Gospodyni iest trzeźwa, y nigdy iey X. Proboszcz nie widział.

8vo. Iako ce iż ta Gospodyni nainszych sturbacie podciwie się sprawowała.

Primus Testis Joannes Szwarc Arendatarius Annos plus minus 30 juravit non condictavit et ad interrogatoria respondit. ad omnia puncta taliter. Miał tu X. Proboszcz Machergnkę ale zatey gospodarstwo bardzo źle szło, ktora X. Proboszcza zwada, on ią odprawił, ią tę Gospodynię teraz nieyszą przywiozł y w dwoiakach ktoryś wieczorem przyszedłem do X Proboszcza y perswadowałem aby tę Niewiastę przyiął, gdyż iest dobra do gospodarstwa wiec iako zaczął widzieć, po ktorey zebrał, alem żadney złey konwersacyi nie widział anim słyszał. et sic deposuit cui impositum silentium.

Secundus Testis Petrus Chachulski Civis Bijsinensis Annos plus minus 30 non condictavit ad 1mu Nie wiem anim słyszał. Ad 2du Nie słyszałem. Ad 3tiu. nie wiem Ad 4tum Nie słyszałem Ad reliqua Nie wiem et sic deposuit.

Tertius. Mathias Kutakowski Consul Bijsinensis Annos plus minus 48 juravit et ad interrogatoria respondit. Ad 1mu et reliqua. Nie wiem nie słyszałem y nie widziałem przeciwnego słyszał od kogo o takim złym życiu iak udaią et sic deposuit [illegible]

Quartus Testis. Gabriel Korec Arendatarius. Annos 70 Juravit et ad interrogatoria respondit. Ad 1mu. kiedym tu przyszedł to nigdy w tey izbie nie postała, ad 2du et 3tiu Nie wiem. Ad 7mu. Nie widziałem iey nigdy pijaney. Ad reliqua non interrogatus et sic deposuit. cui ad

Quintus. Joannes Gorius Sutor Inquilinus in domo Ecclesiae manet Annos plus minus 30 juravit. Ad 1mu et Reliqua. Ta persypstwo plotki są. tey Gospodyni nie widziałem nigdy pijaney. Gospodarze pijakie tych plotek narobili.

Sextus Testis Jacobus Dobrowolski Paterfamilias Maritus hujus Feminae inculpatae. Annos p: m: 50. juravit. Ad 1mu tegom nie widział ad 2du et reliqua tegom nie widział. kiedy mnie raz Pan pobił, ia będąc pijany szedłem z miasta a X. Dziekan mnie spotkał y pytał mnię czego płaczesz y powiedziałem iż mnię Pan pobił, że moią żonę do pulnocka siada, alem to ze złosci powiedział, gdyż to nie prawda.

Septimus Testis Paulus Wilanowski Annos 21 juravit ad 1mu Nie wiem ad 2du nie widziałem, ad 3tiu Nie widziałem. Ad 4tum Nie słyszałem. ad 5tum Zawsze z Mężem sypia ad 6tu Nie widział ale sam pijak et addidit Ta Gospodyni iest prawdziwa na ludzi y szczera et sic deposuit

Septimus Testis Adalbertus Wasilewski Famulus Loci Annos 20 juravit. Ad 1mu et reliqua. Tylko widziałem ani nie wiem nic złego tego nie mogę mowić ad ultima Nie wiem et sic deposuit cui impositum silentium.

Sub eodem actu dictus Praepositus produxit Inventarium supellectilis Ecclesiae quod verificatum subscriptum per eius Ecclesiam existit. Anno 1756. Boves vaccae et reliquae pecudes peste interierunt. Ad praesens hic equos sex bonos quos emit pro censu quem recepit a Palatino Plocensi.

Decretum Reformatorium pro Ecclesijs S. Spiritus et SS. Apostolorum Petri et Pauli in Rypin nomine Illustrissimi et Rmi Dni Dni Jacobi Radlinski Sac. Thae Doctoris Ordinis Canonicorum Regularium Custodum Smi Sepulchri Hierosolymitani Praepositi Generalis, Infulati Miechoviensis, per me Silvestrium Sandecki Sac. Thae Doctoris per Masoviam Provincialem et Visitatorem latum et publicatum in Rypin Anno 1758 Die 24 Januarij.

Beneficium Rypinense S. Spiritus per praesentem Visitationem in meliori statu quam ante adinvenimus, quia et Ecclesia S. Spiritus scandulis novis cooperta, turricula quae iam ruinam minabat reparata, pavimentum Ecclesiae et Sacristiae restauratum, sepimentum circa meridiem Ecclesiae constructa. Praedium extra Rypin in campis locatum, quod circa residentiam sine habitatore in campis et aedificijs desolatum in antecedenti visitatione adinvenimus, nunc aliqua in parte reparatum est et campi conseminati per Joannem Sciwar Possessorem Arendatarium. Ut autem dictum Beneficium ad majorem perfectionem pervenire queat, consequentia A. R. P. Alexio Glowacki Praeposito injungitur Imo Ut fenestras in Ecclesia S. Spiritus quantocius restauret. 2do. Joanni Sciwarc Arendatario Possessori Praedij extra Rypin situati injungat, ut hic compleat reparationes aedificiorum dicti Praedij ad quas se contractu obligavit. 3tio Ut sine mora Ecclesiam muratam SS. Apostolorum Petri et Pauli scandulis contegat. Quia vero Hollandus ad jurisdictionem Illustris Palatini Plocensis spectans, ante Ecclesiam SS. Apostolorum Petri et Pauli partem fundi Ecclesiae occupavit, sibique appropriavit, de deoccupatione dicti fundi apud Illustrem Palatinum aget, apud quem si nihil evincet, de avulsione fundi Ecclesiastici manifestationem faciet coram actis authenticis. Quae omnia in virtute S. obedientiae injunguntur praesentis Decreti vigori Anno et die quibus supra in Nova Rypin. Datum ut supra

Ecclesia Parochialis S. Crucis Gorznensis.

Ecclesia Gorznensis Anno 1325 ab Illustrissimo Dno Floriano Koscielecki Episcopo Plocensi aedificata, dotata, et Ordini Nostro cum iure Patronatus incorporata, deinde per licentiosam militem Suecicum omnibus spoliata et una cum Residentia est exusta Anno Dni 1628. Post cujus exustionem Admodum Rdus Albertus Slecki Gorznensis Praepositus hanc quae conspicitur de ligno aedificavit, necessariamque supellectilem comparavit. Dicta Ecclesia est tota de ligno (excepta Sacristia quae est murata) sub titulo S. Crucis exaltationis consecrata per Albertum Dolibowski Episcopum Posnaniensem, de quo Anno non constat, Anniversaria dies Dominica prima post Festum Exaltationis S. crucis celebratur quotannis. In hac Ecclesia pavimentum est de asseribus et indigent reparatione, laquear etiam de asseribus. Tam autem Ecclesia et Sacristia latericijs tegulis cooperta. Dicta Ecclesia tam ab intra quam ab extra multis in locis cariè corrosa extat.

In dicta Ecclesia sunt altaria septem Imum Majus in honorem S. crucis exaltatae erectum in quo est effigies crucifixi de ligno sculpta et altera imago picta depositionis de cruce Dni Nostri Jesu Xti ipsum autem altare est per partes deauratum. 2dum Bmae Virginis Mariae de monte Carmelo 3tium S. Annae 4tum Rosarij 5tum S. Nicolai quae altaria quatuor sunt depicta et cura moderni Praepositi erecta, habentque suas decentes mensas mappis tectas mundis. 6tum S. Francisci Seraphici veteris structurae pictum. Septimum S. Antonij Paduani veteris structurae. Item in hac Ecclesia est Ambona Nova arcario opere structa per modernum Curatum comparata.

Ante dictam Ecclesiam fores majores est campanile majus super Ecclesiam supereminens scandulis tectum et asseribus obductum cum horologio

rologii pulsante horas qd p: d: Clemens Antas olim Gorznensis Praepositus comparavit. Item est aliud campanile ligneum minus per modernum Rectorem erectum desuper scandulis tectum asseribus obductum, in quo sunt campanae tres bina minores et una major.

Dicta Ecclesia Gorznensis habuit calices tres argenteos intus ab intra non nisi, tertium vero tam intra quam extra deauratos cum patenis tribus argenteis ab una tm parte deauratis. Item habuit monstratorium argenteum unum de integro deauratum ejusdem formae, longe majoris magnitudinis, qualis in Ecclesia Stradomiae ad S. Hedvigem visitur, qd monstratorium comparavit p: d. Clemens Antas Gorznensis Praepositus. Item habuit crucem argenteam justae magnitudinis, in cujus extremitatibus pariter de argento exstabant effigies quatuor S. Evangelistarum deauratae. Item habuit pacificale argenteum habens in se notabiles reliquias S. Mauritii. Verum hoc immediate argentum specificatum Anno Dni 1757 die 12 Mensis decembris furto est ablatum. Circa mediam noctem sacrilegi homines uno foras minores Ecclesiae tandem terra magna vi quae fuit ad fores sacristiae fregerunt, aliquas arcas instrumentis aperuerunt, aliquas violenter de ligno tereti fregerunt et lustratis singulis angulis sacristiae dictam argenteriam abstulerunt. Sequenti die pastores post Civitatem secus viam quaitur Toronia adinvenerunt vitrum ex monstratorio et pacificali simulque ejectas Reliquias Sancti Mauritii. Admodum Rdus Praepositus Antonius Janiszowski misit aliquot homines ad investigandos sacrilegos fures, qui hi adusque non sunt inventi nec ullum vestigium illorum.

Post istam spoliationem habet adhuc dicta Ecclesia hanc argenteam supellectilem Pixidem cum operculo pro asservando Ssmo Sacramento Eucharistiae et aliam minorem item habet coronas ex imaginibus altarium et vota quae omnia sunt sufficienter descripta in anteactis Visitationibus.

Ad dictam Ecclesiam Gorznensem spectant adhuc bina Ecclesiae una in Civitate Gorznensi S. Annae, altera in Villa Szczutowo lignea sub titulo S. Stanislai Episcopi et Martyris quae indiget reparatione.

Dictae Ecclesiae ad praesens est Rector Admodum Rdus Antonius Janiszowski Ordinis Nostri Professus, et habet in sui adjutorium Rdum Patrem Vincentium Ejusdem Ordinis Professum.

Quam autem dotem dicta Ecclesia habet, et quos proventus P. Rdus Praepositus id in aliis Visitationibus sufficienter descripsi, per hoc autem triennium nihil decessit de proventibus nihil abusum, nihilque decessit antiqua possessioni et fundationi.

Decretum Reformationum pro Ecclesia Gorznensi Anno Dni 1758 die 27 Januarii Nomine Illustrissimi quo supra Generalis per me Silvestrum Dandecki SS Doctorem et latum et publicatum in Gorzno.

Multa laudabilia huic loco fecit Admodum Rdus Antonius Janiszowski Ecclesiae Gorznensis Praepositus, qui stante sui regimine Inventarium equorum pecudum auxit, qd post piae defunctum suum Antecessorem minimis exiguum reperit, horrea, granarium, tabernam cum stabulo et hipocausto sat amplis et commodis ad portam domus Praepositurales, item stabula pro equis et pecoribus, officinam pro cremando cremato, qd praeparando olla gicdanica de Arc. aliquot centenis tinfonibus aliaque necessariam supellectilem comparavit. Item braxatorium sat amplum cum hipocausto, campanile de lignis et omnia de novo aedificavit. In Ecclesia aliquot altaria ambonam extrui curavit, item apparatus Ecclesiae auxit, per quod experimentaliter docuit plurimos, maxime illos, qui cum majori reditu Beneficia possident, quantum tenacitas diligens cura et maxime amor erga sacrum Ordinem loci et Beneficio prodesse potest. Restant quidem adhuc aliqua in illo loco facienda, quae quoniam majora facere meditatur et efficaciter intendit, nempe Ecclesiam a fundamentis de muro construere, ad quem finem jam pluriquam ducentos coretos calcis vivae

conducat, ideo majoribus occupatū minoribus nolumus distrahere
Hunmodo possibilitati illius comittimus exequenda.
Quoniā autem in p̄senti visitatione Rdū Vicariū repe
rimus in veste minus Ordini Nostro usitata incedere quæ per
modū vestis dicta Slaprak est facta, ideo p̄senti decreto præ
cipimus ut de tali non utatur p̄sertim in Ecclesia et ab extra
tanquā difformi et minus decenti. Siquidem Rdus Vica
rius et alij p̄ tempore existentes Admodū Rdo Dnō Præpo
sito tanquā vero locali Superiori omnem reverentiā exhi
beant, p̄ celebratione missæ et sacris meditationibus cū populo
in Ecclesia absolvendis, quæ solū Præpositū dicta facere ad
vertimus, surgant. Regulā et Constitutiones Ordinis sæpius
legant easdē observent. p̄sentis decreti vigore mandamus.
Datt in Govno Anno et die quibus supra immediatè.

Ecclesia Parochialis Vyssogrodiensis et Remboves.

Prædicta Ecclesia quo anno erecta a quo et quam habent dotem tam
in anterioribus visitationibus generalibus sunt sufficienter descripta
quanquā essi et in moderna visitatione voluissem omnia exacte de
scribere non potui ob absentiā Admodum Reverendi Præpositi
Floriani Dziedzienski, qui licet habuerit notitiā Nostri adventus
et tempus designatū visitationis p̄sentis generalis in Innotescen
tialibus expressū, quas via currenti recepit manus p̄pria subscrip
sit, in quibus sub obedientia præceptum erat ut tunc Singuli Parochi
Conericique Fratres Nostri penes suas maneant Ecclesias, nihilominus
ille non attento mandato Nostro imo verius Illustrissimi Generalis
cujus Nomine p̄sens expedit visitatio, nescio quo abscessit die 22
Januarij nec p̄ die 29 Januarij comparuit, inde Nos eō ille
absente descripsimus talemque ut sequitur adinvenimus statū.
Ecclesia S. Jacobi Majoris Apostoli in Vyssogrod murata p̄ Admo
dum Reverendū Adrianū sive verius ejus cura antecedanem
Præpositū a fundamentis erecta de latere cocto, ab extra fissurata
et ab intra fissura non apparent scandulis tecta, supra tectū
in medio est turricula, quæ sicut et ipsū tectum indiget repa
ratione. Dictæ Ecclesiæ sunt annexa bina turres bona erecta
forma multis in locis tā extra quā intra fissuratæ, indigent
reparatione ne cadant et corruant, A parte sinistra est Sacristia
murata de latere cocto cujus parietes et fornix est multum
fissurata indies casura, timendū ne quando homines suis obru
at ruderibus, penes istā Sacristiā est etiā asservatoriū mura
tum p̄ asservandis clenodijs et argento Ecclesiæ, in quo iā fer
nix decidit ipsū autem asservatoriū ruderibus occupatū sine om
ni suffito. Ex dicto asservatorio sunt fores ad Sacristiā sine om
ni sera, quæ fores cum sit dejecta fornix in asservatorio, et nullū
datum suffitū, magnū pariunt periculū, ne quando, quod Deus avertat
fures afferant argentū, quod ibidem in Sacristia in Area asservatur
estque in notabili quantitate. A parte eadem sicut et Sacristia
est capella murata de latere cocto Ssmi Sepulchri, in qua ad p̄sens
est altare novū cum imaginibus elegantis structuræ necdū deauratū
sumptibus Tamari Szczepanowski erectū. Verum tectum hujus capellæ
vi ventorū dejectum, ad p̄sens dicta capella stramine tecta, p̄ quod
stramen defluunt aquæ in pavimentū, quod iā in uno loco corruit
in criptam seu sepulchrū mortuor. In dicta capella bina fenestra
instantanea indigent reparatione, per quas stillicidia imbrium
defluunt, et tempore hyemis nives obtinent altaris mensā quod etiā
sub tempus visitationis adinvenimus, In Cemeterio ~~tunc~~ est
campanile ligneū in quo sunt campanæ tres una justæ ma
gnitudinis nullis obductū asseribus, quod campanile corrueret
cum suis campanis, nisi vulgaribus fulcris sustentaret, quæ
fulcra magnā pariunt deformitatem. Circa hanc Ecclesiā
est cemeteriū sed hoc majori in parte maxime sine sepimentis.

sepimentis et id ad illud liberrimus aditus pecoribus pecudibus et suibus.
In dicto Cemeterio secus ipsam publicam viam est Residentia de lignis stru
cta continens in se duo hipocausta binas cameras et bina atriola
sub uno tecto per Admodum Rndum Adrianum extructa, in uno hipo
causto manet Praepositus in alio Vicarius, quae dicta Residentia
nulla sepimenta habet, estque ad eam omni ex parte liberrimus adi
tus.
In hac Ecclesia Parochiali nulla devotio Externa diebus Domi
nicis et festivis quia matutinum non cantatur nec vespera nec
ulla missa ob defectum Organarij. Item Processiones nullae fiunt.
Dicta Ecclesia non habet ministrum suum vulgo Campanarium nec
quemquam alium qui Ecclesiam aperiret, clauderet, et alia obsequia
faceret, et ideo pro salutatione Angelica de mane y meridie
et vespertino tempore non pulsatur. Lampas ante Sanctissi
mum Sacramentum non continuo ardet, licet sit sufficientissi
ma fundatio Rmi Olim Stepkowski Generalis, ut ejusdem
dein Bisogrodienses quolibet mense in Anno dant unum
lapidem sebi, idem etiam vitrum et infundendo sevo contribuunt.
Obligationibus ex fundatione non fit satis, quia cursus ex quo
Annuatim Praepositus percipit florenos 60 Vicarius 30 non de
cantatur nec etiam recitatur. Utrum autem alijs obligationibus
ex fundatione nempe missis fiat satis vaticinari non licet
dum deest Praepositus qui hoc in puncto informare deberet.
Dicta Ecclesia habet Pradium extra Civitatem cujus
Pradij hipocaustum minatur ruinam. In dicto Pradio est a parte
intra tamen sepimenta allodium quod ad collabendum vergit.
In dicto allodio aliqui Praepositi cremabant crematum moder
nus jam a binis annis non cremat, crematum non propinat
licet habeat aliquas ad propinandum domos tam intra quam
extra Civitatem. In dicto Pradio habet horrea duo et hae
indigent reparatione, Externa unum cujus paries labij. In
dictis horreis habet siliginis parvi manipuli plus mi
nus 90 sexagenas, hiceris et pisorum aliquot currus. Taber
na habet ante Pradium cum stabulo amplo, cujus hipo
caustum ob vetustatem labet. Stabulum autem jam per
modernum Praepositum readificatum, post collapsum, defacto
rueret in via nisi fulcris sustentaret.
In Cemeterio est domus parva in qua ad praesens manet
Sutor, quae et hae ob vetustatem labij.
Sub eodem Actu comparuerunt pauperes hospitalis
Bisogrodiensis qui ad praesens sunt quinque. Quibus ut ipsi
asserunt Praepositus qualibet septimana dat unum pa
nem, quod hospitale diserunt esse ruinatum et fornacem de
structam.
Habet equos quatuor et quatuordecim pecora.
Sub eodem actu comparuerunt Famati Fabianus Krze
mienski Advocatus et Martinus Krzepicki Viceadvocatus Biso
grodienses, et cum magno animi dolore incusarunt Praepo
situm ejusque negligentiam in cultu Divino his formaliter
verbis: Nie moezmy się temu wydziwić coś to dzieie. Nie
pamiętamy kiedy była processya, Msza S. spiewana, iutrznie
w Niedzielę nie bywaią ani w Swięta takze nieszpory, coś
dzieie ob defectum Organisty y Kantora, kazania bardzo
rzadko bywaią y to tylko w wielkie swięta, katechizmu
nigdy. Tandem comparuit Dyurzienski Pater A. R. Praepositi
qui suos dolores contra Filium manifestavit his verbis. X
Synowi iuż kielka lat służyłem, za mnie bywała czeladz
ktorym swemi pieniędzmi płaciłem, teraz mnie od wszystkie
go oddalił przyiął sobie młodego Satkowskiego przez cosz
złe dzieie. Za kilka lat nic mi nie dał, wolu mi wziął
ia nie wiem w co się na starość obrocę y gdzie, hae lachryma

bundus

1

enarravit.
Tandem R. P. Joannes Drzewiotowski Vicarius ad Plens Byso
grodiensis vocatus comparuit et interrogatus de vita Perge
stis A. Rdi Praepositi. Tacto pectore haec recognovit. Co do
życia Jego Mći X. Proboszcza nie mogę tego mowić, aby miał
aliquam inhonestam conversationem; Szlachta u niego zpo
czątku bywała, ale teraz iuż nie bywaią. Co zaś do Nabo
żeństwa należy. To prawda że ani Jutrzni ani Processyi
ani Nieszporów nie bywa bo Organisty nie masz ab Au
gusto, kursu nie bywa bo go nie mam z kim spie
wać. Na pacierze nie dzwoniały, katechizm tylko w pozie
kazania tylko w Święta bywaią, a w Niedziele tylko
Msza ś. lekta y całe nabożeństwo ranne.
Sub eodem Actu comparuit Tamara K. Szczepanowska
quae procurationem tenet Confraternitatis Sacratissimi Rosarij B. V. M.
in Ecclesia Parochiali Bysogrodiensi, quae Rdum Joannem Drzewioto
wski Vicarium Bysogrodiensem incusavit in eo, quia hic cum
summo scandalo populi in Ecclesia publice omni popu
lo denuntiavit, quod Rosarium cum populo non decantabit, ideo
quia ipso absente Praepositus sessionem absolvit, tum
etiam ideo: quia pro dicta decantatione nihil percipit
alij autem Vicarij accipiebant solutionem pro dicta de
cantatione. 2do. quia et maritum suum actis Castrensibus
circumscripsit. 3tio quia aliquoties ebrius illorum domum
adijt et maritum verbis scommaticis affecit et percu
tere voluit. Cui incusationi Plens adfuit Rdus Drze
wiotowski quoad bina puncta Rdit verum est, decan
tabo Rosarium cum populo quia nihil percipio, quoad
ad ebrietates respondit quod sit mera calumnia. Et quo
niam haec incusatio iam in ipso abscessu Nostro intervo
nit, ideoque ad serias investigationes non devenimus in
Inverbo tamen seriam correptionem Rdo Vicario dedi
mus, ne in posterum talia faciat admonuimus, et ut Ro
sarium in posterum cum populo in Ecclesia decantet
injunximus, quoniam autem Confraternitas in solis
eleemosynis (quae in exiguo sunt) consistit, ab hinc ne solu
tionem exigat interdiximus, alias in poenas eidem infligendas Illmo Gene
rali reservavimus
Decretum Reformatorium pro Ecclesijs Bysogrodiensi et Dzia
bowiensi in Visitatione non est latum, ex eo: quod Antece
soribus Nostris Decretis in Visitationibus latis non est satisfactum,
sed reservatum Illmo Generali et Capitulo Generali.

Ecclesia Parochialis Lezgowniciensis.

Dicta Ecclesia Parochialis est lignea tota, habens Sacristiam
ligneam contiguam asseribus strata desuper scandulis laviceis
tecta sub titulo S. Mariae Magdalenae, habens Rectorem Adm.
modum Rdum Alexium Zdziechowicz Conventus Generalis Mie
choviensis Professum virum exemplarem et curantem decorem
domus Dei. Praefata Ecclesia quo Anno, a quo aedificata
consecrata, quam habet dotem primaevam, quae etiam Stan
te Rei regimine Plenis Rectoris eidem accesserunt
iam sufficienter in Nostra Visitatione Anteacta
descripta sunt. Accessit autem huic Ecclesiae cura
et soli.

+

solicitudine moderni Praepositi census ~~[illegible]~~ ad vitae tempora illius census Annuus 480 florenorum post fata vero 420. a summa 6000 florenorum Polonicalium locata in Bonis Domaszowice locata et Actis Castrensibus Ravensibus Anno 1756 Feria 3tia in Crastino Festi Beatae Virgini Mariae Purificationis assecurata. Quam quidem summam praenominatus A. R. Zdrzechowicz flo: Polonicalium 6000 obtenta prius facultate a Reverendissimo Dno Jacobo Radlinski Praeposito Generali, cum obligatione nempe celebrandae missae sacrificio semel in septimana et commemoratione animae illius post concionem qualibet die Dominico et festivo. inscripsit et ordinavit.

Apparatus dictae Ecclesiae, Argenteria juxta inventarium subscriptum et verificatum invenit. pariter pecora equi et alia.

Decretum Reformatorium pro Ecclesia Parochiali Ezgowniensi S. Mariae Magdalenae nomine Illustrissimi et Reverendissimi Domini Rdi Jacobi Radlinski Ordinis Canonicorum Regularium Custodum Smi Sepulchri Hierozolymitani Praepositi Generalis, a me Silvestro Pandecki Sac: Thae Doctorem dicti Ordinis per Mazoviam Provincialem et Visitatorem Comissarium Praepositum Scaresoviensem latum et promulgatum Anno Domini 1758 die 7ma Februarij.

Utinam omnes Ecclesiae Ordini Nostro subjectae et incorporatae tales haberent Rectores et signanter in Provincia Mazovia existentes, qualem ad praesens habet Ecclesia Parochialis S. Mariae Magdalenae Ezgowniciensis Admodum Reverendum Alexium Zdrzechowicz, cujus cura et sollicitudine non tantum ab extra reparata ab intra satis pro hoc loco exornata, verum etiam majori proventu aucta per praesentem visitationem adinventa est. Dictus enim Admodum Rdus Zdrzechowicz licet tenues Beneficij possideat proventus tamen post peractam inante visitationem Generalem memoratam Ecclesiam Imaginibus duodecim SSrum Apostolorum, Scamnis pro commodo orantium Extructis Ambona eleganter facta et depictis ornavit. Duabus fenestris quae nunquam in ante extiterant majorem decorem et lucem addidit, censum Annuo 480 florenorum Polonicalium a summa capitali 6000 florenorum locatam in Bonis Domaniewice Actis Castrensibus Ravensibus Anno Dni 1756. Feria 3tia in Crastino Festi Purificationis Bmae Virginis Mariae assecurata, auxit. His tamen adhuc addenda censemus sequentia. 1mo. Campana quae est confracta reparanda. 2do. Campanile asseribus circum ducendum. 3tio Ut autem conditiones in inscriptione sex millium florenorum Polonicalium appositae et expressae vim et robur habeant, ac succedentes Praepositos astringant, deodante in futuro Capitulo Generali approbationem petet. Quae omnia in virtute S. obedientiae exequenda mandamus Anno et die quo supra in Ezgownice.

[1762]

75.

Index Documentorum Actor[um] sq[ue] w Paśkiewie

1mo Documentum Villae Siedliszka qualis fuerit ante, satis miserrima.

2do Bulla Bonifacij Papae demandans sub Censuris restitutionem Bonorum Conventus Miechoviens[is] occupatorum per potentiores.

3tio Sigismundi Augusti Privilegium cum elogio Conventus Miechov[iensis] et Studiorum in Accademia Cracoviens[i], cum assecuratione Liberae Electionis, et obligatione defensionis ab incorporatione, ~~alicui Epis~~ seu unione alicui Episcopatui vel Praelaturae sub N[ume]ro 2do

4to Privilegium Vladislai Quarti approbans Privilegium Ludovici Regis Poloniae cum elogio Conventus Miechov[iensis] liberans Colonos Conventus Miechoviens[is] ab omnibus exactionibus et a Sep. sub N[ume]ro 1mo

5to Privilegium Vladislai Quarti cum elogio Conventus Miechoviens[is] sub N[ume]ro 3tio

6to Documentum probans in Villa Wolica, Villae Ottrzedza attingente, nullum esse Praedium, Curiam, Aulam, Horrea, Granarium, vel aliquod Inventarium

7mo Documentum ex Constitutionibus Provincialibus quod solos Commendatarios stringit ad pensiones pro Judicibus Tribunalis Regni solvendas.

8vo Manifestatio ex parte Conventus Miechoviens[is] ratione Combustorum Documentorum per Incendium Anno 1745. factum, tam Conventus Miechoviens[is], quam aliarum Ecclesiarum ad Conventum Miechoviens[em] spectantium. sub N[ume]ro 9no

9no Excerptum ex Regestris Villae Otudza Proventus paucos esse ejusdem Villae sub N[ume]ro 7mo

10mo Appellatio interposita a R[everendissi]mo Generali in Actu Commissionis, ex quo Commissarij medietatem Bonorum ex ratione Capitis Ordinis non voluerunt exdividere sub N[ume]ro. 14.

11mo Excerptum ex Regestris de X[Deci]ma manipulari Villae Uniejow quod sit adeo tenuis sub N[ume]ro. 4to.

12mo. Testimonium Loco Canonici Regulares Conv[en]tus Miechoviens[is] emendicent sibi vestitum

13tio. Litera Joannis III. Regis ad Innocentium XI. testificantes Præpositum Miechoviens[em] esse Generalem dicti Ordinis sub Litera D.

14to. Recognitio Numeri manentium Religiosorum in Conventu Miechoviens[i] sub N[ume]ro. 9no

15to. Transumptum ex Inventario Bonorum Commendatorum, ostendens, qualem Sculteteus et molendinator Villæ Zagorzyce faciunt Proventum sub N[ume]ro. 24to

16to. Documentum Numeri Religiosorum in Conventu Miechoviens[i] manentium in Anno 1724to. sub N[ume]ro. 38. sive 6to

17mo. Testimonium super Expensa pro Infirmis Canonicis in Conventu Miechoviens[i]. sub N[ume]ro. 48.

18vo. Recognitio quot Milliaria debet conficere Præp[osi]tus Generalis in Visitatione Circulari, et qualem expensam habeat in prædicta visitatione sub N[ume]ro. 1mo

19no. Exceptum de Fundatione Thomæ de Jesus pro Studio Cracoviens[i] in Villa Krzeslawice inscripta sub N[ume]ro 6to

20mo. Computum pro induendo singulis triennijs Canonico sive investiendo

21mo. Recognitio Computi milliarium Polonicalium et expensarum in visitatione G[e]n[er]ali per Præp[osi]tum G[e]n[era]lem faciens sub N[ume]ro 49

22do. Transumptum ex Regestris, quanta quolibet Anno expensa sit pro Infirmaria sub N[ume]ro. 6to

23tio. Transumptum ex Regestris Expensæ pro Capitulis G[e]n[er]alibus sub N[ume]ro. 29.

24to. Constitutio Ordinis de Studio Cracoviens[i] de Villa Krzeslawice alendo, et de Studio Romano de Bonis Commendæ sustentando sub N[ume]ro 5to

25to. Privilegium in quo x[...] Unieyoviens[is] esse Sufficientem pro Infirmaria declaratur, et villa Stuchow pro eadem Infirmaria in Suplementum additur sub N[ume]ro 9no

26to. Privilegium Achatij Trochowski molendini Brascatorij, in quo ex revisione et Lustratione insufficientiam mensæ fatetur sub N[ume]ro 1mo.

× 27mo. Villa Siedliska in Emphiteusi sub litera B

28vo. Testimonium Expensæ pro Villa Stuchow sub N[ume]ro 13

29no. Numerus Religiosorum in Conventu Miechoviens[i] residentium tum Musicorum, Rotinorumq[ue] familiæ Conventualis ac omnium expensarum pro Conventu.

30. Instrumentum Status miserrimi Villae Otudza antequam Conventui Michoviensis esset

31. Decretum Romanum declarans Conventum Michoviensis esse Caput Ordinis mensam esse reintegrandam et Commendatarium ad Statum Perteni impendendam teneri. sub N.ro 8tio

32. Decretum Romanum declarans reintegrari mensam et Commendatarium teneri ad solvens Statum sub N.ro 4to

33. Transumptum ex Regestris de Expensis Capli Generalis sub N.ro 28.

34. Transumptum ex Regestris Percepti Villae Sluchowo sub N.ro 15

35. Exceptum ex Regestris Expensae pro visitatione Ecclesiarum in majori Polonia existens sub N.ro 30

36. Recognitio de pessimo Statu Bonorum Mensae et exiguo Proventu ex iisdem sub N.ro 31.

37. Recognitio quot milliaria debet conficere Praepositus Generalis in Visitatione Generali ad omnes Ecclesias sibi subjectas, et expensas in eadem visitatione sub N.ro 44

38. Exceptum ex Constitutionibus Villae Sadowniki Mensae Conventua li adjunctio N.ro 10.

39. Excepta ex Constitutionibus a Sixto. V. approbatis, ut in ordine N.ro omnia quae ad communem vitam victum et vestitum pertinet fideliter observetur sub N.ro 5to

40. Zagorzyce Villa ad Conventum Michoviensis pertinens satis ampla describitur, ad Commendam nunc spectat sub. N.ro 14 tit: Zagorzyce

41. Szczepanowice Villa ad Monasterium pertinens satis ampla est in commenda sub N.ro 13. tit Szczepanowice

42. Michalowice pariter sub N.ro 11. tit: Michalowice

43. Pstroszyce pariter. sub tit: Pstroszyce

44. Podlesna Wola pariter sub N.ro 10. tit: Podlesna Wola

45. Bukowska Wola pariter ampla sub N.ro 9. tit Bukowska Wola

46. Sławno pariter. sub N.ro 8. tit: Sławno.

47. Krzestawice pariter. sub N.ro 7. tit Krzestawice

48. Kalina pariter ampla ad Conventum spectans et ad praesens in commenda sub N.ro 5. tit Kalina.

49. Strzerow pariter. sub N.ro 6. tit. Strzerow

50. Siedliska in qua nulli sunt Lanei Cmethonales sub N.ro 3. tit: Siedliska.

51. Constitutio Sixti. V. prohibet ut nullus aliquid doni accipiat sed victum et vestitum habeat ex ordine sub N.ro 6.

52. Skarżeszow sub Nro. 16

53. Targowiszcze Villa angla ad Commendam spectat sub Nro. 15. tit: Targowiszcze

54. Decima Miechoviens debetur Conventui sub Nro. 17. tit: Dna Miechoviens

55. Recognitio jurata Quod Religiosi in Conventu Miechoviens frequenter coganter mori, propter tenuitatem Proventuum Infirmariis sub Nro. 18.

56. Literae Judictionis Capli Gnrlis ex Constitt desumpta. Nro. 19

57. Testimonium de Disciplina Regulari in Conventu Miechoviens. De Studio Philosophico et Theologico, et de impressione Librorum per Nostros Canonicos Nro. 23

58. Exceptum ex Regestris Expensae pro Caplo Gnrli Nro. 32.

59. Exceptum ex Regestris Villae Otalża Proventus ejusd Villae Nro

60. Exceptum ex Constitutionibus Ordi quod Cura Animarum eidem Conventui sit annexa. Nro 5to

61. Testimonium Quod Conventus Miechoviens curam Animarum administret non solum Villis ad suam mensam spectantibus, sed etiam Villis ad Commendam spectantibus Nro. Mno

62. Constitutio Ordis qua obligatur Praepositus Gnrlis victum et amictum Canonicis, servis autem et equis Sustentationem suppeditare sub Litera. DD.

63. Recognitio de Onere Praepositi Gnrlis, vindicationis Jurium aliorum Ecclesiarum Nro. 46.

× 64 Inventarium Tenutae Miechoviens antiquum, in quo non invenitur Villa Siedliszka. Nro. 5to dostał się do Warszawy z Miechowa

65. Testimonium Quod in aliis Abbatiis ex divisa sunt Bona proximiora Conventui Nro. 5to

× 66. Possessio Villae Siedliszka pro Mensa, probatur antiquissima Nro. 2do dostała się do Warszawy z Miechowa

67. Testimonium Exdivisionis Andrejoviensis, quod Bona accesserint propinquiora Monasterio. Nro. 43.

68. Makow Villa non est Hereditaria Contus Miechoviens Nro 42.

69. Testimonium Exdivisionis Abbati Tyniecens et Claraetumbs Bonorum Monasterio viciniorum Nro. 41.

70. Testimonium quod Praepositus Gnrlis teneatur Ecclesias sibi subjectas reaedificare. Nro 47

71. Testimonium Quod Commendatarius Expensas Capitulorum Gnrlium subibat Nro sub Litera E.

77

72. Recognitio de sumptu non exiguo pro Posta Praepti Ordis ad Belgium, Silesiam, Moraviam ad Monasteria sui Ordis, tum Romam Nro 456.

73. Testimonium de Fabrica Ecclesiae et Conventus Miechoviensis a tempore cepti Tenutae Nro. 21

x 74. Testimonium Quod Villa Siedliska non fuerit in Tenuta Miechoviensi Nro. 36. [illegible]

75. Constitutio a Sixto V. approbata de Studio Romano sumptu Praepositi Miechoviensis inibi conservando sub litera. CC.

76. Recognitio Expensae pro Mantilettis sub signo L

77. Testimonium de Viris doctis tam ante quam nunc in Ordine S. Sepulchri

78. Recognitio quod recepta Tenuta Miechoviensi per Decretum Romanum, modo primum ante receptae etiam Castro Miechoviensi debitae Nro. 12.

79. Documentum de Numero Personarum in Conventu Miechoviensi degentium Nro. 10.

x 80. Contractus Villae Oludza antiquus pro 200. flor. polonicis sub Litera. C

81. Exceptum ex Regestris Villae Siedliska Proventuum ejusdem Villae Nro. 46.

82. Exceptum ex Regestris Expensae pro Capitulo Ordis. Nro 33.

83. Summarium Annuum ad Memoriale, in quo memoriali est Numerus Villanorum ad mensam Andreae Bathory. 2do Privilegium Mathiae Brolenski super Annis de Villis Zberow et Bruchania ad mensam. 3tio Constitutio Ordinis, qua tenetur Praepositus Miechoviensis alere Capitulum Generale. 4to Constitutio Ordis qua tenetur Idem Praepositus pro Studiis Romanis expendere. 5to Altera Constitutio Urbani VIII. pro iisdem Studiis Romanis. 6to Ordinatio Thomae de Jesus pro Studio Cracoviensi. 7mo Constitutio Ordis Urbani VIII sumptum providendi pro Studio Cracoviensi. 8vo Assignatio Villae Oludza et Wolica ac 2000 Tynfonum. 9no Approbatio Suprascriptae assignationis per Sedem Apostolicam. 10mo Protestatio contra Illmum Dnum Episcopum Cameneciensem ratione non extraditionis Annuum Praedialium Conventui. 11. Recognitio munera nonem

riorum super expensis reaedificandae Ecclesiae Miechovi
ensis. 12mo Recognitio Signanorum super eadem
reaedificatione Ecclesiae Miechoviensis, et simul Constitu
tio Ordinis de officio Praepositi Generalis. 13tio Decretum
Romanum quo tenetur Commendatarius reparare Eccle
siam. 14to Decretum Romanum reintegratio
nis in possessionem mensae Conventualis, et obligationis
ad 3tem Conventui solvendam.

89. Summarium Edum additionale, in quo sub
Nro Imo Cessio villae Oludza et Wolica et 2000 flor
norum pro Infirmaria, vesperia et Quarta Illmi
Szembek; sub Nro 2do Idem Privilegium Illmi Szem
bek in Tribunali Sae Nunciaturae productum judicialiter
Sub Nro 3tio Idem Privilegium in acta Consistorii Generalis
Cracoviensis insertum. Sub Nro 4to. Constitutio Ordinis
Sixti V. demandans super observatione Constitutionum, Jura
mentum Praeceptis Generalibus.

90. Diploma Guilhelmi Patriarchae Hierosolymitani creans
Praepositum Miechoviensem Vicarium Generalem. sub ~~prima~~
~~ptione imoli~~ Nro Imo Ecclesiast.

91. Bulla Innocentii XI. agnoscens Conventum Miechoviensem
esse Caput Ordinis et ejus Praepositum esse Generalem ~~et ordinem~~
~~ptio~~. Sub Nro II. Ecclesiast.

92. Instrumentum quo probatur quod habita possessione Tenutae
Miechoviensis per Illmos Commendatarios, homines
Tenutae Miechoviensis inter, et inter homines Conventus Mie
choviensis solebant fieri magna jurgia, concussiones et
verberationes. sub Nro III. Eccles.

93. Instrumentum quo probatur quod praeter Villas et Oppida quae
habuerunt in possessione Illmi Commendatarii, reperitur
unum Praedium quod majus appellatur, et hoc Praedium
est originis ipsius Conventus estque conjunctum cum Op
pido Miechoviensi sub Nro IV. Eccles.

94. Copia Decreti Benedicti XIV. Papae remissionis Causae
ad Excellmum Nuntium sub Nro V. Eccles.

36

Index Documentorum, cu co Pertin[illegible]

Instrumenta varia legalisata in Causa Divisionis Praepositurae Miechovien[sis], unacum eorum Indice, sive Registro.

14

104.

po 1767

ti sui Similiter Bonis Solca Siedliszowice inibidem adjacentis, ~~...~~ ~~...~~ eandem ~~...~~ Concurrentia tam per Heredes Bonor. Siedliszowice quam et Solca ..... Heredibus Oludza ..... abrogata extitisse, jam vero Bona Grzydze testante eadem Visione in eo loco ubi trina Concurrentia Bonor. Siedliszowice Oludza et Solca asserebat, neguaquam attigisse ~~...~~ tantum modo circa Parietem Bonor. Oludza, uti ex ~~...~~ Combinatione Graniciali Anni 1643 Manifeste eliciatur, non vero circa angulum Bonor. Oludza determinata esse. Quibus stantibus, Visionem subalternam mente Decreti Tribunalitii Lublinensis anno sequenti 1645 feria 6ta post Festum S. Valentini Martyris acti Castri Cracoviensis oblatuatam primitivae consonam in eodem loco ubi et antecedanea peracta fuerat, in ordine delineationis Mappae per eundem Gnrm Zielenski protunc terminatae ~~...~~ Inter Heredes Bonor. Solca Siedliszowice et Oludza tantum, non vero Grzydze ~~...~~ expedita extitisse, taliterque Bona Grzydze uti distinctim a Bonis Solca posita in sui limitibus extitisse, demum Heredes Bonor. Oludza in Ao 1646 feria 3tia ante Festum S. Mathaei Apostoli Decretum Tribunalitium Lublinense Inter se obtinuisse et Gnr Pieszkowski Bonor. Siedliszowice et Pradła Heredes Commissionis ad campum occasione dislimitationis ..... horum Bonor. Oludza cum Bonis praedictis Siedliszowice et Pradła ~~...~~ ~~...~~ lucratos esse, ~~...~~ ~~...~~ ~~...~~ Inter ~~...~~ ab Ao 1767 et 1680 consecutive per Heredes Bonor. Grzydze ~~Zawada Pradła Solca et Siedliszowice tum et .... Bonor. Sylvar et Fundor ad Bona Oludza spectantium violenta privatione contra Heredes Bi Oludza~~

Visisque Ibran tantummodo Concurrentiam Bonor. sui Hereditarii Oludza cum Bonis Grzydze et Siedliszowice circa Scopulum, visibilem seu locum Thaiczyński, et ad tenorem Documenti Granitialis Ai 1643tii ..... a opposito viae Wroclawskie Droga nuncupatae positum actualiter probasse et demonstrasse, terminumque a quo legitime desumptum, in Ductu suo cum Herede Bonor. Grzydze incohasse, per terminum vero, per quem, scopulos in Numero 13. Parietales et quidem, a parte dextra ad Bona Oludza, a parte vero sinistra ad Bona Grzydze Sylvas, in rectilineo exsiccantes, satvisibiles et elevatos, probabiliter demonstrasse, et eosque tractu eorundem scopulos, termini sui pergens, declarasse, in termino vero ad Quem, nempe inter vias Kosieczne Drogi, appellatas, circa Vallum passibus 50. longum in protensione parietis ulterius ad Plagam Septentrionalem sese extendentis, ad tenorem Documenti Granitialis Anni 1629. int. Grzebutowski Bonor. Zawada, et Pieszkowskie Oludza. Bonor. Grzydze Heredes, subsequenter granitiales Bonor. Gnisiorowski Zawada cum Bonis Grzydze, circa Parietem Bonor. Oludza tantum, non vero angularitate, sive aliorum Bonorum contiguitate, terminari debere, determinantis, nec non Contumaciae binarum Anno 1631. ex re Heredum Bonor. Oludza. Super Heredibus Bonor. Grzydze et Zawada in deportationem Scopulorum binorum angularium Bonorum Gnisiorowski Zawada et Grzydze transgresso pariete Bonor. Oludza uti non vocatis Heredibus in fundis eorundem ..... nulliter sitatos, in Judicio Terrestri Lelovien. obtentas, demum ..... possessionis tutemet pacifice continuatae, ac Inquisitionum ea omnia solidantium, legitime ductum sui circa agellum Bonor. Zawada inferius Sylvae Rajec positum legitime determinasse, Magnificum vero Misiewski Bonor. Grzydze Heredem contradicentiam et quidem a termino a quo cum Heredibus Bonor. Solca et Siedliszowice. Jam vero in termino ad quem cum Heredibus Bonor. Kotlino ..... nullam ipse in Bonis contiguitatem habentibus, in praejudicium Heredum Bonor. Oludza, ex documentis super indigitatis, manifeste ..... commissam explanasse, Igitur Judicium legi et Justitiae studendo .... habendo trinam tantummodo concurrentiam nempe Bonor. Siedliszowice Grzydze et Oludza circa Scopulum seu locum Thaiczyński nuncupatum circa viam Wroclawskie .... debere ..... Granicialis Anni 1643.

Heredum Bonor. Villae Oludza approbato, non vero Heredum Bonor. Grzydze ductu .... in fundamentis ..... formaliter .... omnem .... Heredes .... in fundamentis indigitatis formaliter ....

reconstruxque nulliter Sterdo angulo Bonorum Sołca, uti ex illo Documento inbibito, terminum a quo in Ductu Heredum Bonorum Otudza ab angulo Bonorum Siedliszewice cum Bonis Grządze legitime desumptum Heredibus Bonorum Otudza agnosci, in termino vero per quem Scopulos in Numero 13 in Pariete Bonorum eorundem Otudza cum Bonis Grządze protensive in rectilineo, usque super ad Vallem infra Sylvam Rajec vocitatam existentem, sese protendentes, Bonaque Grządze a sinistris, jam vero Otudza a dextris secludentes, pro realibus Scopulis Parietalibus judicari, eosdemque renovandos censeri. In Termino vero ad quem Parietem Bonorum Emissorum Otudza cum Grządze circa angulum Bonorum Zawada Viamque Kosielną et Vallem supra nominatum determinari debere. Sententiamque ~~tantumque trinum~~ Triniumque tantummodo, nempe Bonorum Zawada Grządze et Otudza designando, sine attenta conniventia Bonorum Rokitno cum Bonis Grządze praejudiciose facti, scopulos binos angulares Bonorum Zawada et Grządze, jam vero Tertium parietalem Bonorum Otudza, erigendos demandari, Bona vero Rokitno non posse eo loci contiguitatem cum Bonis Otudza et Grządze habere declarari.

Conclusio ad Parietem Bonorum Eorundem Otudza cum Bonis Zawada. ~~Partib~~

Judicium Partibus inter se controvertentibus et quidem Heredibus Bonorum Otudza ductum Sui seu Terminum a Quo ab angulo Bonorum Grządze, Viaque Kosielna Droga nuncupata seu Valle penes Singulos Bonorum Grządze et Zawada in meditullio Parietis Bonorum Otudza, prius legitime desumentibus, ab eodemque loco ad plagam Septentrionalem in rectilineo gradiendo Scopulos binos parietales versus Sylvam Rajec nuncupatam positos, a manu dextra Bona Otudza, jam vero a Sinistra Bona Zawada, exsecantes demonstrantibus, ac tandem eodem tractu ductus sui, sive Termino per Quem progrediendo, ad fontem et originem Fluvii Rajecznica, inter Bona Otudza et Zawada pro granitiali et naturali limite ab evo desumpti deservientibus, idemque Fluvium pro Granitiali tendentibus, margine Ejusdem Fluvii Rajecznica currendo Sylvam Rajec a parte dextra ad Bona Otudza, jam vero a sinistra ex altera Parte Ejusdem Fluvii existentem, ad Bona Zawada spectare allegantibus, ac tandem eodem Fluvio pertransito ~~per Sylvam~~ et a parte dextra relicto, Sylva Pinatica et viaculo Silvestri, versus Rokitno tendente educentibus usque ad idem Fluvium Rajecznica dictum pervenientibus, quo iterum transito scopulos parietales binos circa eundem viaculum positos commonstrando ad pratum Madkowa Łąka dictum, angulumque Bonorum Rokitno seu terminum ad Quem, locumque demskiti scopuli aciales devenientibus, ac ductum sui ad nexum Documenti Granitialis Anni 1559, inter Bona Zawada et Rokitno subsecuti, confinium Bonorum Emissorum Rokitno post transitum Binorum Vadorum Ejusdem Fluvii Rajecznica sub Dąbrowki existentium, circaque Scopulum unum notabilem, et penes agrum Gi Zawacki ~~[illegible]~~ de notatis, legaliter determinantibus, approbationemque Ejus, uti Documentis ac omni Veritati consonum concludentibus, Magnifico vero Skorupka Bonorum Zawada Herede, in reductu suo Judicium Compromissoriale in Sylva Pinnatica ad Fontem per Heredes Bonorum Otudza possessam ~~[illegible]~~ adducentem, in trina concurrentia Bonorum sui Zawada, Otudza et Rokitno locante, terminumque ~~[illegible]~~ a Quo ductus sui a loco designatorum non tamen in rei veritate visibilium scopulorum licet ad tenorem Documenti supratacti granitialis Anni 1559 sinistrem interpretati nomenclaturamque binorum Vadorum non animadvertente, inchoante, ulteriusque margine Sylvae Rajec ~~progrediendo~~ a parte dextra positae ad Bona Villae Otudza ex una parte Fluvii spectantis, ducente, signaque Scopulorum invisibilium partim in eadem Sylva, partim in Pratis ab evo ~~ad~~ Hereditatem Bonorum Otudza servientibus ~~[illegible]~~ in termino per quem tractu ductus sui illegaliter denotante, ac ulterius in termino ad quem penes agros Rusticales ~~[illegible]~~ Subditorum Otudzensium in margine Sylvae Pinaticae ~~[illegible]~~ per Heredes Bonorum Otudza jure hereditario possessae, ac in trina concurrentia Bonorum Zawada, Grządze et Otudza appellatum locumque denominatorum persemet trium scopulorum adveniente et ibidem reductum sui cum Heredibus Bonorum Otudza definiente, reprobationemque ductus Heredum Otudza, jam vero approbationem Bonorum sui Zawada concludente. Judicium quandequidem judicio suo lucule[illegible]

1773

Provincia Hungariæ

Curatus
Ecclesiæ Hanusvalvensis. Rector
Autoritate A.R. Christophorus Bogaski
anno 1773 d. 9 Mensis July à Loci
Ordinario Institutus et pro semper
approbatus non illius dunque ad
excipiendas confessiones ut patet ex
Institutione ejusdem in Consistori
Capitulo producta. Hic per brevi
tempus loci degit minimus et bonum
illius loci notabiles expensas fecit
tum in extructione novi horrei,
et duorum granariorum, tum in
extirpatione agrorum à multis
temporibus desertorum, tum in
exornatione et decoratione prae-
sertim altaris et procuratione ...
virum in Ecclesia necessariarum uti
Baldachino etc.

Curatus
Ecclesiæ Lendakiensis. Ejusdem Ecclesiæ
Rector ad Gremus ... Franciscus
Kobeli institutus ab Ordinario
anno 1772 d. 8 8bris et semel pro
semper approbatus pro excipiendis
confessionibus ut patebit ex producta
Institutione ejusdem, qui pariter pro-
duxit Registra perceptorum et
expensarum. Conquestus est
Ecclesiam tecum undique novo tecto
... autem fore necessarium ad te-
gendam Ecclesiam eo quod proventus
Ecclesiæ vix sufficiant pro honesta
sui sustentatione. Cui responsum
et demonstratum est repetitas pro-
visiones à Camera 2000 fl. Polo-
nicalium per plures annos non
exsolutas, ad ipsius Ecclesiam spectantes

spectatis et etiam per alios opus fuerit venditur, et pro tegumento Ecclesiae conversatur, onerando Cives multos contradictionem quatenus intermissas obligationes juxta mentem Locatoris Ecclesiae Curatus curet absolvi et in futurum nunquam intermittat sub gravi animadversione.

Ecclesia Altolabunensis. Super Ecclesiae hodie est AR Stanislaus Serafinowicz Institutus a Loci Ordinario et Curatus pro tempore approbatus pro excipiendis Confessionibus Anno 1769 die 5 Aprilis attestante Ejus Institutione reproducta. Una cum registris perceptionum et expensarum, et quibus patuit, quod licet tenuissimos habeat proventus, attamen in hanc Ecclesiam per ~~tu~~ tempus sui Curae expendit prope mille florenos polon.

Ecclesia Ldzanensis. Curata. Hujus Ecclesiae est hodie Rector AR. Stanislaus Wilanowski Institutus et approbatus ab Ordinario more solito Anno 1773 die 12 Ma. comprobante id Institutione Ejusdem. Condixit registra perceptionum et expensarum Ecclesiae hujus conservatio reparatio adornatio spectat ad Parochianos qui Rectori sui Parocho suo pro bonificatione annuatim tribuunt 520 fl polon et ~~aliquot~~ 10 cubulos avenae. Sat decens pensio pro Sacerdote Curato.